Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



descendit de celo et incarnatus ē ut nos spūali gr̄a punctos ac
sanatos sui sc̄i nominis donaret ēē participes. Sequit̄. Intuitus
aut̄ eū ihc dixit. Tues symon filius iohanna. Intuitus ē symonē
ihc non exterioribus solū oculis s; intr̄no diuinitatis intuitu.
uixta illud beati samuhelis; Homo uidet in facie. ds aut̄ intu
etur cor. Uidit cordis eius simplicitatē. uidit animi sublimi
tatē. cuius merito cunctę ēēt p̄ferendus ecclę. Uidit quia
uocante andrea feruente ad se amore puolauerit. ideoq; ue
nientē mox familiari affatur eloquio. Tues inquit filius
iohanna. Nec magnū est dn̄o uocabulū cuius libet hominis
uel patris eius dicere. qui omniū sc̄ę nomina scripta tenet
in celo. s; et posituris discipulo nom̄ meriti sublimioris. qd̄
totius ecclę p̄suli congrueret. primo uoluit ostendere. q̄a
qd̄ aparentibus acceperat nom̄. etiā ipsū significatione uir
tutis n̄ careret. Symon ergo obediens. iohanna dicit̄ di gr̄a.
Tues symon filius iohanna. tues obediens filius gr̄ę di. Et
merito ille obediens nomine censetur. qui et prius inuitan
te andrea mox dn̄m uidere curauit. et postmodū cū ipse
dn̄s eū ad discipulatū uocaret. statim cū eodē andrea quē
pariter uocauit relictis retibus quorū usu uiuebat.
eū sequi n̄ distulit. unde et andreę quoq; nom̄ uerā mentis
eius imaginē p̄fert. Andreas namq; grece. latine dicit̄
uirilis. Et ille libenter dn̄m ul̄ ad p̄dicationē iohis uel
ad ipsius dn̄i uissionē sequendū ad eorū se sortē puenire
docet. qui temporalia quę possident fortit̄ eternorū amo
re contemnunt. qui credentes uidere bona dn̄i in terra ui
uentiū donec hęc pcipiant expectare dn̄m cū psalmista. et